

*An exact Narrative**Of an HERMAPHRODITE now in LONDON.*

This was communicated by the ingenious Dr. *Tho. Allen* (now a Fellow of the *Royal Society*) to a friend of his in a *Latine Letter*, in which as it was imparted to the said *Society*, so it was thought fit to publish it here for the view of the Learned; *viz.*

INter varios insolentesque *Natura lusus*, dicam? an errores, quos apud eos, qui de Androgynis egerunt (quorum scripta sedulo deditaque opera perlustravi) in lucem productus adhuc videre mihi contigit, vix alium quenquam notatu digniorem memini occurrere hoc ipso, quem tibi, *Erudite Vir*, impresentiarum exhibeo. Neque enim hunc, quem jam descriptum eo, Hermaphroditum, aut spurcissimis illis faminis, quæ apud Græcos *Τετραγέας* audiunt, apud Ægyptios vero frequentissime reperiebantur, annumerandum, aut cum descriptione quacunque hætenus quod sciam evulgata, ullatenus quadrare existimo. Unde nec prorsus indignus mihi videtur, qui natis depictus coloribus, absque omni verborum fuce, Illustrissima Lectissimaque Regiæ Societatis & tuis oculis usurpandus veniat.

Nomen ipsi est *Anna Wilde*; natus vero est (condonandus enim Hermaphrodito solacismus) Mense *Februario*, ipso *Purificationis festo*, Anno salutis, 1647. in pago non ignobili *Agri Hamptonienfis*, vulgò *Ringwood*. Sexto ætatis anno inter saltandum colluctandumque cum pueris coætaneis (quos omnes viribus faciliè superabat) extuberationes duæ, *Herniarum Βασανισμῶν* dictarum, primum emicere; quibus in ordinem redigendis (id enim illis animi erat) *Chirurgi* diu operam miserunt. Testiculi enim erant, qui jam prægrandes facti, scrotis cautaneis, corrugatis, pilisque obsitis inclusi, non alio discrimine a *Virilibus* naturaliter se habentibus distinguuntur, quàm quòd singuli testes suo proprio divisoque ab invicem hic scroto gaudeant, ita tamen elongato, ut ex utriusque productione conflingantur labia *Vulvæ*.

In sinu *Muliebri* (ut jam a *Mercurio ad Venerem transeamus*) *Nymphæ* & *Carunculæ Myrtiformes*, integra satis se produnt: Quin & membranula quadam, a *Perinæo* sursum tendente, media pars *Vulvæ* tegitur. *Clitoris* non apparet. *Uterus* ejusque *cervix* a communi sequioris sextus lege ne minimum quidem recedunt. Usque ad tertium supra decimum ætatis annum pro *famella* habitus, & famineo vestitu indutus, munera illi sexui destinata inter *feminas* assidue obibat. Cum forte vero pani subigendo strenuam navaret operam, en de repente *Priapus*, ad id temporis latens, magno cum impetu foras prorupit, accedente non levi ipsius *Μεταμορφώσεως* stupore. Erectus penis quatuor circiter pollices æquat. Locum *Virgæ virilis* ipsissimum occupat; in glandem pariter desinit; præputio, quod illi etiam frænulo, ut in *Viris* fit, annectitur, instructum: sed *Glans* imperforata (ita tamen ut tenuis membranula eam obturans facile

facile pettundi posse videatur) semini, per Urethram, seu potius Virga canaliculum viam affectanti, exitum negat; unde per pudendum muliebri (refluum forte) excernitur.

Cum annorum esset se decim, Menstrua periodice & modo debito fluere ceperunt, atque per biennium perseveraverunt. Quo elapso, iisdem non amplius comparentibus pullulavit Barba, & exinde totum corpus pilosum conspicitur; Vox corporisque habitus virilem amulantur. Crinis se habet virorum ad instar: Mammae nulla exsurgunt: papillae perquam exiguae. Petus latum est. Ischia non ita dissita. Nates quam sunt femininarum contractiores.

Se ad utrumque sexum comparatum asserit, sed feminis misceri praoptare; quas etiam cum videt, & concupiscit, erigitur Penis, qui quoties Virum appetit, flaccidus manet.

Unum hoc, idque nec extra oleas putem, Coronidis loco subnectam; Quod nempe, cum nocte quadam, quam totam tripudiis, comotationibus, caterisque id genus lascivia incitamentis, cum aliquot ejusdem farinae congerronibus insumpserat, oculos in virum quendam forma venustioris conjecerat, mox eum adeo deperibat, ut sequenti die, pra amoris aestro, in passionem hysterica incidere, quam revera talem fuisse, non solum Elevatio abdominis, Cantus, Risus, Fletus, (notissima illius intemperiei symptomata) sed & juvantia, satis liquido comprobarunt: Applicato quippe Emplastro ex Galbano regioni Umbilici, exhibitisque remediis hystericiis ilico convaluit.

An Account of some Books.

I. NOVEAUX ELEMENS DE GEOMETRIE:

Or a Mathematical Treatise, entituled, *New Elements of Geometry*, printed at Paris in quarto, Anno 1667.

Divided into 15 Books or Sections, containing

A new Method and Order, and new Demonstrations of the most common Propositions in Geometry.

New ways to discover what Lines are incommensurable.

New measures of Angles not hitherto considered.

New ways of finding out, and demonstrating the Proportion of Lines.

Wherein we observe, that the Author delivers by a new Method and Order of his own, grounded upon *Algebraical Elements*, divers new Demonstrations of the more common Propositions, contained chiefly in the first six Books of *Euclid's Elements*, and without recourse to *Euclid*, or any other Geometrical Writer, for proof of any thing asserted in those new Elements.

Whereto is added, the Solution of an *Arithmetical Problem*, which the Author calls *Magick Squares*, viz.

A square of Cells being given, even or odd, filled with Numbers, either in an Arithmetical or Geometrical Progression; so to dispose all those Numbers